Expoſitio pſalmi Notus in iudea deus et

Quoniam cogitacio hominis manſueti prima.
.i. qua dampnat mala et incipit bona Con-
fitebitur tibi / Vt dimittas ei omnia peccata et ſit
cogitacionem primam ſequitur confeſſio Et reliquie
cogitaciones poſt primam .i. quibus recordatus
eſt Vel recordatur mala preterita vt lugeat Et
bona preſtita vt ſperet Diem feſtum aget tibi
Gracias agendo pro ſanacione quod est ſollempnia
celebrare Primum quidem qui homo convertitur ad deum
et recogitat omnia mala que fecit que locutus est quam
cogitavit / atque ea humiliter per confeſſionem aperit habens
confeſſionem / habet triſticiam et compunctionem ſed de-
inde poſt pacta penitentiam / post confeſſionem a deo remiſſio-
nem et graciam Tunc incipit recogitare quam longinquo
et penſare de quantis ſordibus ac vitiis et peccatis
prius dominus eum liberavit Quanta inſuper bona ſpiri-
tualia ei contulit Incipit iam ſe gaudere / diem
bonitati gracias agere Sic quod faciendo diem feſtum
agit deo / Deinde poſtquam oſtendit quomodo per
humilitatem et bona confeſſione ſalvemur manſueti ſe-
quitur utilis admonitio omnibus tum dicit. Vovete
mente quodlibet bonum / et reddite opere domino
deo veſtro vota que vouiſtis / alioquin de voto rei-
eritis / quia nihil vovere profuit / niſi et reddere ſub-
ſequitur. Iuſtum eſt quidem et vtile nobis ne ſimul pe-
reamus cum reprobis ſed potius ſalvemur cum iuſtis
et terribilem deum / quibus poſſumus votis et munери-
bus ſtudeamus placare Omnes qui in circuitu eius ſ. dij.

exutos per fidem Offeretis munera i· voſmetipſos
vel querentes bona · Qui dei ut dignum eſt ſer-
uituti ſeipſos ſubiciunt · In cultu eius munera
offerunt · ſicut famuli qui ſtipendio dominum ſuum
uenerantur · Ipſe enim in medio volencium eum et ſua
vota ſoluencium omnibus in ſe credentibus equaliter
facit Omnes ad ſe venientes recipit nemine ſpernit
Sciendum quod alia ſunt vota communia omnibus · ſcilicet de hiis
ſine quibus non eſt ſalus Ut vouere fidem in baptiſmo
Et abrenunciare dyabolo et pompis eius Non
ſuperbire Non occidere · Non odire fratrem · et huiusmodi
que etiam licet non promittimus ſoluere debemus ·
Et de hiis precipitur omnibus vouere et reddere Alia
ſunt vota propria ſingulorum ut caſtitas · ieiunium
relinquere omnia et huiusmodi Et ad hec nos inuitat
non precipit ut voueamus ·

Nota melius eſt non vouere quam vouere et non reddere ·